



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

LXX. Ad Macrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

LXX.

Ad Macrum.

Multa audire, loqui, *MACER*, opportuna me-
(mento:
Aures hoc geminæ, lingua sed vna docent.

LXXI.

Ad Georgium V Virthum
Medicum.

Aut nihil est Fortuna, aut impostura, quod aiunt,
Est leuis. ò miseræ numen inane Deæ.
Moribus ipsa suis fortuna cuique, *GEORGI*,
Eingitur: inque manu sors jacet ipsa Dei.

LXXII.

Lazaro Salio Medico.

Sit bonus ut vir: opus, non longa, *LAZARE* vi-
Sed clara, quemuis dixit habere Plato. (ta,

LXXIII.

Ad Melchiorem Langū IC.

Crux, ignis: mundus, fornax: aurarius ipse
Sit Deus. ast aurum fusile, iustus homo.
Quod vult, hoc facit ipse faber: si forsitan vrit,
Fer patiens: purgat sic Deus ipse suos.
Sordibus exuitur purgatum sæpius aurum:
Quique fouet flammam, carbo fit ipse cinis.

C

Sic